

ALUMEN TINCTUM.

R Aluminis rupei, uncias duas.
 Sanguinis Draconis, unciam unam.
 Liquefiat Alumen in scutella super prunas. Illico adde Sanguinem Draconis tenuissimè pulveratum. Agita suprà ignem lendum, donec ritè misceantur. Refrigeratam massam serva.
 Vel ex eâdem adhuc calente formentur pilulæ.

SALIA ALKALIA.

SAL TARTARI.

R Tartari albi crudi triti, quantum vis.
 Corniculis papyraceis madentibus include; fiat stratum super stratum cum carbonibus. Igne aperto calcina ad albedinem. Ex massâ calcinatâ fiat lixivium, filtra, vaporet ad siccitatem.

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM.

R Salis Tartari, quantum vis.
 Exceptum paropside fistili repone in loco humido;
 facieset in liquorem, quem filtratum serva, & erit Oleum Tartari per deliquium.

NITRUM FIXATUM.

R Nitri purissimi, libram unam.
 Liquescat in crucibulo capaci. Projice Carbonis pulverati, cochlear unum.
 Peractâ detonatione alterum cochlear projice. Repete, donec Nitrum nec amplius fluat, nec detonet. Nitrum adhuc calens è crucibulo exemptum aquâ calente solve, filtra, va-

SALUB. FACULTATIS PARISIENSIS. 229
poret ad siccitatem, & obtinebis Nitrum Fixatum: quod qui-
dem sal in cellâ vinariâ liquatum colliquescit in humorem,
qui filtratus Glauberi Alkaest dicitur.

NITRUM EX TARTARO FIXUM.

R Nitri depurati,
Tartari crudi pulveratorum & exsiccatorum, ana
quantum volueris.

Misce in mortario ferreo. Materiam accende carbone can-
dente. Factâ detonatione massam solve in

Aqua communis, quantitate sufficienti.

Filtra, vaporet ad siccitatem; idque in cellâ liquatum Hel-
montii Alkaest esse perhibent.

LAPIS CAUSTICUS.

R Cinerum clavellatorum, libras duas.
Calcis vivæ, libram unam.
Mitte in vas idoneum, Paulatim affunde

Aqua ferventis, libras sexdecim.

Fiat lixivium. Cola per chartam emporeticam fultam lin-
teo. Colatura vase æneo excepta vaporet igne aperto ad sic-
citatem. Calcina in crucibulo, donec in fluorem oleaginosum
abeat. Tum massa in patinam vel marmor calidum effusa,
lentescens adhuc in frustula fecetur; diligenter in vase vitro
ritè obturato & loco sicco reponatur.

.....

SALIA LIXIVIALIA.

R Herbarum virentium & maturarum cum stipitibus,
quantum volueris.
Comburantur in cineres; ex iis ad albedinem calcinatis
fiat lixivium per horas viginti-quatuor digerendum. Filtra,
vaporet ad siccitatem. Solve ex aquâ purâ. Filtra, vaporet
iterum ad siccitatem; sic sal magis nitet.

Ff iij